La traversée des Alpes – p. 25

Sic Hannibal, minor V et XX annis natus, imperator factus, omnes gentes Hispaniae bello subegit ; Saguntum, foederatam civitatem, vi expugnavit. Saltum Pyrenaeum transiit. Quacumque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit, neminem nisi victum dimisit. Ad Alpes posteaquam venit, quae Italiam ab Gallia sejungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum transierat, Alpicos, conantes prohibere transitu, concidit. Loca patefecit et itinera muniit et ut effecit ea elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit in Italiamque pervenit.

Cornelius Nepos, *De viris illustribus*, 23, 3 (avec coupes).

© Nathan – 25 avenue Pierre de Coubertin 75013 Paris – 2015